

**Philosophorum**

**Folio xvij**

**Transmutat**

**aut transmutans omne.  
Aliud quod est secundum accidens  
ut cum dicimus musicus  
ambulare quoniam cui acci-**

**dit musicum est hoc am-  
bulat. Hoc autem in quo aliquid huiusmodi est mutari.  
et simpliciter dicitur mutari. ut quecumque dicuntur  
secundum partes sanatur enim corpus. quod oculus aut tho-  
rax. hec autem partes totius corporis sunt. Est autem  
etiam aliquid quod neque secundum accidens mouetur  
neque in eo quod aliquid ipsius. sed in eo quod ipsum  
mouetur primum. Et hoc est secundum seipsum mobile. Se-  
cundum autem alium motum et alium alterum est. ut alterabi-  
le et alterationis sanabile et calefactibile alterum**

**Est autem et in mouente similiter. Aliud quidem  
enim secundum accidens mouet. Aliud vero secundum partes  
in eo quod huiusmodi aliqua. Aliud pro seipsum primum  
ut medicus quidem sanat. manus autem percutit**

Postquam philosophus determinauit de passionibus entis mobi-  
lis. de motu et de his quae sequuntur motum in corpore. hic primum  
in hoc quinto accedit ad determinandum de diuisione prin-  
cipalis passionis. scilicet motus. Et quia passiones huiusmodi ordine  
magis propinquum ad ipsum subiectum quam partes passionum. ideo pri-  
us determinauit de passionibus quam de partibus vel diuisionibus  
passionum. Est autem duplex diuisione motus. scilicet in partes subie-  
ctiuas. et illa sumitur in motu penes predicamenta. Alia est di-  
uisione motus in partes integrales et constitutiuas. Et quia par-  
tes subiectiuas sunt magis essentielles quam constitutiuas. ideo  
prius dicitur liber in quo determinatur de diuisione motus in par-  
tes subiectiuas predictas. Habet autem quatuor liber tres tra-  
ctatus. in primo determinatur de diuisione motus in suas  
species. In secundo de unitate motus. ibi Post hoc autem dicam.  
In tercio de opposito et prietate motuum ad inuicem. ibi Am-  
plius siquidem. Primum tractatus diuiditur in duo capitula. in  
primo distinguitur motus per se a motu per accidens. In secundo diui-  
ditur motus per se in suas species. ibi. Omnia autem omnia mutatio. Pri-  
mum capitulum diuiditur in duas partes. in prima distinguitur  
motus per se a motu per accidens. In secunda premitrendum docet  
motus per accidens et determinandum esse de motu per se. ibi. Secundum  
quod igitur. Circa primum primum distinguitur motus per se a motu  
per accidens tripliciter. primum ex parte mobilis. Secundo ex parte moue-  
tis. ibi. Est autem et in mouere. Tercio ex parte termini. ibi. Omnia  
autem aliquid. Dicitur primum non curando de ordine motuum.  
sicut in textu ponuntur. quod omne transmutans. id est transmutatum est  
tribus modis transmutari. uno quod neque secundum accidens neque primum  
per se mouetur. sed ex eo quod ipsum mouetur primum et per se. Et hoc con-  
tingit quoniam motus huiusmodi immediatam operationem ad illud quod est mo-

ueri. sicut torus huiusmodi moueri localiter per se primo quoniam totus hoc  
pauit talis motus et non per terminum. Et hoc per se mobile variat  
secundum diuersas species motus. sicut alterabile est mobile secundum al-  
terationem et diuersas species alterationis et ceteris. Alio modo dicitur ali-  
quod transmutari simpliciter. quod aliquid per se eius mutat sicut omnia quae  
dicuntur mutari secundum partes. Et hoc contingit quoniam motus non huiusmodi  
immediatam operationem ad illud cui dicitur inesse. ut si dicamur  
quod homo sanat. quod oculus vel thorax. id est per se sanat. tunc enim ma-  
nifestum est quod ille motus non inest. prime toti. cui terminum dicitur inesse.  
sed prius inest parti. et a parte toti denominatur. Tercio modo dicitur ali-  
quod transmutari per accidens. quod scilicet motus nullam huiusmodi operationem  
ad illud cui dicitur inesse. sicut dicimus quod musicus ambulat. quod mu-  
sicus nullam huiusmodi habitudine ad motum ambulantis secundum quod  
in se huiusmodi musica. Tunc ibi. Est autem. Distinguitur motus per  
se a motu per accidens ex parte mouentis. Et dicitur quod predicta distin-  
ctio quae posita est ex parte mobilis potest etiam attendi ex ipso moue-  
te. quod aliquid dicitur moueri tripliciter. uno per se. quod motus puenit  
sibi actiue secundum immediatam operationem. sicut dicitur edificator edifi-  
ficare. quod proprie puenit edificatio edificatori et huiusmodi immediatam  
operationem ad ipsum. Alio modo aliquid dicitur moueri secundum partes  
secundo quod scilicet motus actiue non puenit sibi primo. sed alteri sicut  
homo dicitur percutere si manus percutit. tunc enim percutio primo pue-  
nit manui et non homini. Tercio modo aliquid mouere per accidens quoniam  
scilicet illud non huiusmodi ordine ad motum. sicut musicus dicitur edifica-  
re. quod accidit edificanti quod sit musicus.

Omnia autem est aliquid mouens primum. est autem et  
aliquid quod mouetur. adhuc in quo tempus.  
Et preter hec ex quo et in quid. Omnis enim mo-  
tus a quodam et in quiddam. Alterum enim est quod  
primum mouet et in quod mouetur. et ex quo. ut  
lignum. et calidum. et frigidum. Horum autem  
aliud quidem mobile est. aliud vero in quod. aliud  
vero ex quo. Notus autem manifestum quod in ligno  
non in specie est. Neque enim mouet. neque mouetur  
species. aut locus. aut quantum hoc. Sed est  
mouens quod mouetur. in id quod mouetur.

Magis autem in quod quod ex quo mouetur. deno-  
minabitur mutatio. Unde corruptio in non esse  
mutatio est. quoniam ex esse mutetur quod corrupti-  
pitur. Et generatio in esse quoniam ex non esse.

Quidam igitur motus sit dictum esse prius  
species aut locus et passiones in que mouentur  
immobilia sunt. ut scia et calor. Et dubitabit ali-  
quis si passiones motus sunt. Albedo autem et  
passio est. Erit enim in motu mutatio. et fortassis  
non est albedo motus. sed albedo. Est autem  
et in illis et quod est secundum accidens. et quod est secundum  
s iiiij